

C. SALLVSTI  
CRISPI OPERVM,

QVÆ EXSTANT,

## Noua editio.

## EDENTE ET RECENSENT

LUDOVICO CARRIONE <sup>fratre Malitoradot</sup>



À N T V E R P I Æ,  
Ex officina Christophori Plantini,  
Architypographi Regij.

CLO. I. LXXXIX.

LITERATURA  
MUSICO-LITERARIA

Veterum scriptorum ac modernorum recentiorum de Sallustio  
testimonia & iudicia.

C. Sallusti Crispi bellum Catilinareum:

5

Bellum Iugurthinum, ex emendatione Lud. Carrionis.

Lud. Carrionis in Historias Sallusti prefatio.

C. Sallusti Crispi Historiarum lib. v. 1. a Ludouico Carrione  
collecti, aucti & restituti.

Orationes duæ ad C. Cesarem de rep. ordinanda, Sallustie  
adscripta.

Declamationes aduersaria Ciceronis & Sallusti.

Ioannis Riuij Castigationum lib. i. l.

Aldi Manutii in Catilinam & Iugurtham scholia.

Cypriani a Popma in Catilinam & Iugurtham emendationes.

Ludouici Carrionis in historias Sallusti scholia.

Index rerum & verborum memorabilium.

L V D. C A R R I O  
C H R I S T O P H. P L A N T I N O  
S V O S. D.

**S**ALLVSTIVM Crispum mul-  
lis millibus opera mea meliorem,  
nunc ad te mitto. Castigationes  
non mitto: nam & illæ, quæ ex  
libris membranaceis & aliis huiuscemodi, ante  
annos duodeuiginti, cum cura digessimus, ad  
manum non fuere; neque mihi nouas scribere  
totque & tantis auxiliis, clade Louaniensi,  
spoliato, quodque in Galliam versus iter pa-  
rarem, nunc erat volenti. igitur vicem illa-  
rum, Criticum meum emendationum Sallustia-  
narum, dis iuuantibus, in tempore dabo. Vale.  
Bonna, non procul a Corneliana Ubiorum ara.  
Matronalibus. **C. B.** **I. B.** **LXXIX.**

C. S A L L V S T I I<sup>17</sup>  
C R I S P I B E L L V M  
C A T I L I N A R I V M.



M N I S homines, qui sese student p̄-  
stante ceteris animalibus, summa ope ni-  
ti decet, ne vitam silentio transeant, vel-  
uti pecora; quæ Natura prona, atque  
ventri obedientia finxit. sed nostra om-  
nis vis in animo, & corpore sita est. ani-  
mi imperio, corporis seruitio magis vtimur. alterum  
nobis cum dis, alterum cum belluis commune est. Quo  
tmihī rectius esse videtur, ingenij quam virium opibus  
gloriam quæret; & , quoniam vita ipsa, qua fruimur,  
brevis est, memoriari nostri quam maxime longam ef-  
ficere: nam diuitiarum & formæ gloria, fluxa atque fra-  
gilis est; virtus clara, æternaque habetur. Sed diu ma-  
gnum inter mortalis certamen fuit, vi ne corporis, an  
virtute animi, res militaris itaq̄is procederet. nam &  
prius, quam incipias, cōsulto, &c, ubi consulueris, ma-  
ture factō opus est. ita utrumque per se indigens, alte-  
rum alterius auxilio veget. Igitur initio reges (nam in  
terrīs nomen imperij id primum fuit) dūtersi, pars inge-  
nium, alij corpusexercebant. etiam tum vita hominum  
sine cupiditate agitabantur: sua cuique satis placebant.  
postea vero quam in Afia C̄yrus, in Græcia Lacedæmo-  
nij, & Athenienses, cœpere vrbes, atque nationes subi-  
gere; lubidinem dominandi, causam belli habere;  
maximam gloriam in maximo imperio putare: tum  
demum periculo, atque negotiis compertum est, in bel-

# LVD. CARRIONIS

IN C. SALLVSTII CRISPI  
HISTORIARVM LIBROS A  
se collectos, auetos, & restitutos,  
ad GVIDONEM LAVRINUM  
Clinquerlandij, Erkegemij, &c.  
Dominum,

## P R A E F A T I O.

 VONAM litterarum fato,  
Guido Laurine, ex tot,  
tantisque veterum scripto-  
rum monumentis, qua ad  
omnem immortalitatem comparata,  
singularis quosdam ac prope divinos,  
uniuerso hominum generi, fructus al-  
latura videbantur, ad nos tam paucā  
peruenierunt? contra; eorum, quibus,  
sine magno mehercule horum studio-

IN  
C. S A L L V S T I I  
CRISPI CATILINAM,  
ET IVGVRTHAM,

IOANNIS RIVII Castigationum lib. II. <sup>Auctor tamna</sup>  
ALDI MANVTII Paulli F. Scholia. <sup>ius. ad hoc opus</sup>  
CYPRIANI A POMA Emendationes. <sup>permittitur</sup>

IN  
HISTORIARVM LIB. VI.  
A LVDOVICO CARRIONE  
*collectos, auctos, & restitutos.*

Eiusdem LVD. CARRIONIS Scholia.



ANTVERPIA,  
Ex officina Christophori Plantini  
Architypographi Regij.  
clo. Io. LXXXIX.

# CASTIGATIONVM LIBER PRIMVS.

17



MNEIS HOMINES, qui student sese præ-  
parare ceteris animantibus. In manuscriptis aliis-  
que veteris est ordo verborum immutatus, qui  
sic student praefatae. pro, qui dant operam, ut  
præstent ipsi & antecellant. Id lenius & asperum  
minus esse video, nec aliter a veteribus citatur, velut Prisciano  
lib. vii, quo loco de accusatio tertia declinationis agit. ubi &  
Omnis hic legendum esse docet. pro, omnes. Terentianus diph-  
thongos et scribi vult in plurale cum hoc, tum similia nomina,  
quomodo fere & in veteris inscriptionibus reperitur. Iam quod  
ad loquendi rationem attinet, norit lector & Ciceronem eodem  
modo locum. nam i i. Officiorum, Gratum se videri studet, in-  
quit & in Eunuchi prologo Terent. Qui placere se student bonis  
quam plurimis. Vbi interum miror, quid sibi quidam velint, qui  
& omisso accusatio le, versum constare arbitrentur, id quod se-  
cus habet. & ab imitatore quopiam pronomen ad scriptum putent.  
quod hoc modo Sallustius Catilina historiam ordinetur. quasi vero  
non eodem modo sit, ita ut ostendimus, & Cicero ipse locutus. Sed  
& alias Terentius haud dissimili modo loquitur, velut in Eunu-  
cho. Est genus hominum, qui esse primos se omnium rerum volunt.  
Eodem modo i i. Tuscul. Cicero, Est enim quoddam genus eorum  
qui se philosophos appellari volunt. pro, qui appellari philosophi  
volunt. nam sic uitatius dicitur. Terent. in Andria, Vxorem  
decrebat dare sese mihi hodie. Et, Qua sese in honeste optauit pa-  
vore hic diuinas potius, quam in patria honeste pauper vivere. ubi  
etiam pronominis sole omisso, tamen sensus constat. quomodo & in  
ilio Linij i i. Decadis tertia, Qui se bene mori, quam turpiter vi-  
uere maluit.

Ne vitam silentio transeant. Ita fere & impressa & calamo  
descripta exemplaria. nec male, ut opinor. verum in manu scri-  
pro quadam reperi, transfigant. ut in Beroaldino quoque licet e-  
adem sensu. pro traducant.

Sed omnis nostra vis in animo & corpore sita est. Exempla-  
ria manuscripta, Sed nostra omnis vis. quomodo & Seruius in

# IN CATILINAM SCHOLIA.

**C**ETERIS animantibus. Scripti omnes libri, quos qui- 17  
dem ego viderim, animalibus. quomodo & Sosipater Ca-  
tinus recitat lib. i. in verbo, Omnes & Diomedes.  
Veluti pecora, quæ natura prona, atque ventri obedientia,  
fuxit. Ouidius Met. i.

Pronaque cum sp̄c̄tēnt animalia cetera terram,  
Os homini sublime dedit, calumque videre  
Inssit, & erectos ad sidera tollere vultus. Vide Cic. de Leg.  
lib. 1. & de Nat. deor. lib. 11. Naturam, inquit, nos celsos, &  
rectos constituisse, ut deorum cognitionem, calum intuentes, capere  
possemus. Nec dissentit Plato in Cratyle.

Sed nostra omnisvis in animo, & corpore sita est. Cicero de  
Fin. lib. v. Homo o corpore, animoque constat: cum prima sint  
animi partes; secundæ corporis.

Sua cuique laus placebant. Lucre. lib. ii.  
-sua cuique voluntas. Principium dat. Cœ.

Cicero ad Att. lib. x i v. Sua cuique sponsa.

Virgilius ecl. 11. Trahit sua quomque voluptas.

Terentius Phorm. act 11. sc. 1111. Quos homines, tot sententiae.

Idem, ibidem, Sua cuique mos est.

Persius sat. v. Mille hominum species, & rerum discolor usus.

Velle suum cuique est, nec voto vivitur uno.

Statius lib. 11. Sil. 1. Sua cuique voluptas.

Plin. epist. lib. 1. Varia sunt hominum iudicia, varia voluntates.

Prius, quam incipias, coniuncto; & ubi coniunctis, mature  
facto opus est. A Gracis multa Sallustius mutuat. quod &  
Quintilianus lib. ix. cap. 111. affirms. Demosthenes quidem,  
oratione 1. in Philippum sic: Δε μὴ βολεύεις ἐφ' ἐνυκτας, ποτὲ  
δι τὰ δόξωντα μητὰ απεδίνεις. Et in oratione de pace, Οἱ μὲν γὰρ ἀθλοι  
πάστες ἀνθρώποι πέντε τῶν πενταγύμνων εἰώθαστο βολεύειν,  
ἴμεντος μὲν τὰ πενταγύμνα. Et Isocrates, ἀπός Δημόσιου Βαλεῖ  
ρηρὸν βολεύεις, ιπτέλη δι τοιχίνων τὰ δόξωντα. Et Aristoteles Morali-  
tatum Eudamiorum v. & Nicomachiorum vi. Καψφωτιν, σχατ-  
του μὴ δὲ ταχὺ τὰ δόξωντα βολεύειν δι βολεύεις. Diogenes quo-  
que Laertius in Biante: Βολεῖν εὐγένεια τις πεπτίσματος. & δ'  
επὶ θεοῖς βολεῖν τρόπον διγναντις. Quo respexit puto Æmilium  
Probum, cum diceret, in Daciam vita: Neque acutus ullius  
imperio-

147

CYPRIANI A POPMA  
 PHRYSII, IN C. SALLVSTI  
 CRISPI BELLVM CATILINA-  
 RIVM, EMENDATIONES.

17



M N I S homines. Sic nos emendamus cum an-  
 te in quibusdam libris prae lo excusis, Omnes ho-  
 mines; in aliis vero, Omnes homines legeretur.  
 Secuti autem sumus. cum veterum codicum fidem,  
 tum grammaticorum auctoritatem. Carissius lib. I.  
 Nam accusatiu*m*, iuxta regulam manente littera, debet enun-  
 tiari, *bos & has agilis*: ut est apud Sallustium: omnis homines.  
 Priscianus lib. VII. Omnia, qua tam nominativum quam ac-  
 cusatiuum similem habent, eorum accusatiu*m* raro in e*c*, frequen-  
 ter in i*s*, solet terminari: ut hic & hac omnis. Sallustius in Catilinario:  
 Omnis homines, qui se student. Simile huic est illud Te-  
 rentij in Andria: Omnis nos gaudere. & Virg. lib. V. En.

*Quo magis fessas optem dimittere nauis.*

ceteris animalibus. Ita omnes fere impressi, quibuscum con-  
 sentiunt sex manuscripti codices, & Carissius lib. I. Seneca quo-  
 que, lib. VIII. Epist. ad hunc Sallustij locum respiciens, anima-  
 libus legit: Non famas, inquit, nobis ventris nostri magno con-  
 fstar, sed ambitio. Hos itaque, ut ait Sallustius, ventri obedien-  
 tes, animalium loco numeremus, non hominum; quosdam vero  
 non animalium, sed mortuorum. Nonius in dictione Praetare,  
 animalibus legit. sed tanti apud me numquam Nonij fuis aucto-  
 ritas, ut cum Carissio, Seneca & tam multorum librorum consen-  
 su preferendum pararem: proinde hanc lectionem recepi.

tum demum periculo. Hac est impressorum, antiquorumqua  
 codicum lectio. Nonius in dictione, Periculum: tum vero pericu-  
 lo legit. qua scriptura reprehendi non potest, cum & Sallustius  
 eadem dicendi forma utatur, in fine Catilinarij: Tum vero cer-  
 neres quanta audacia, quantoque vis animi in exercitu Catilina  
 fuisset. Ego tamen nihil mutavi.

18

Iicuti peregrinantes transiere. Fui aliquando in ea senten-  
 tia, ut pro peregrinantes, pecudes legendum existimarem: nam  
 & Priscianus, aut quisquis in auctor fuit, in libro De pre-  
 exercitamentis Rhetorica, locum hunc sic adducit, dum id ostendit,  
 quomodo operatio sententia, similis sit meditationis usui:

L V D A C A R R I O N I S I N  
 C. S A L L V S T I I C R I S P I  
 H I S T O R I A R V M L I B . I .  
 S C H O L I A .



**E**s populi. In tanta rerum antiquarum Guido Laurini, obscuritate, tamque densis errorum tenebris, qua prima sunt in his C. Sallustij Crispi historiis, qua secunda; difficultis est diuidicatio. Atque eo difficilior, quod neq. veteres eam rem oratione persecuti sunt: & si qui aetates posterioris idem agere contarunt, sifdem etiam vestigia, quibus insistimus, inbarere, & per omnes scriptorum genes errare debuerunt: neque certam aliquam scribendi rationem, quasi viam, tenere posuerunt. Igitur nos, qui out in rebus huiusmodi diligentius inquirendis industriam grauiorum disciplinarum tractatio negavit, & in inueniendis ingenium, natura fatus parce est elargua, ita bacchisloria Sallustiana fragmenta, & veluti e naufragio tabulae, componemus, ut si nomen integrum & sarcinae totam esse praestare non possumus: quia enim id speret? saltem efficiamus ut minus lacera, minusque dissipata, & in partes pauciores dissoluta esse videatur. Hac autem primo historia loco posui, quod Tib. Donatus sub initium Eneidos, Vergilium que prius rem, deinde posuerit personam, ita tueretur, ut Sallustium omni metrorum ratione liberum sic historiam coepisse scribat. primo ut rem, mox pop. Rom. personam ponaret. adde, quod Ausonius in protreptico suo, historiarum Sallustij argumentum breviter recensens, ita canat:

Iam facinus Catilinatum. Lepidique tumulum,

Ab Lepido & Catulo iam res & tempora Roma  
 Orsus, bis sexas seriem connecto per annos.

Iam lege ciuili mistum Maiorte duellum,  
 Morsit quod socio Sertorius exsul Ibero.

que Ausonij & Donati commode, ni fallor, ad hac verba referris possunt: que cum a Prisciano primo genitium, Romæ, pro adverbio notante, deinde idem posterius repetente, sum vero etiam apud Rusinum, siue quis alius auctor est libelli De metris Comiciis, a Pompeio Messallino adducuntur. Messallini verba ex libro De pedibus & numeris oratorum adscribam, neque enim parum sed eam, quam exprimendam curauis, scripturam confirmandam, & vero

272 LVD. CAR. IN SAL. LIB. III. SCHOLIA.  
& breue. Turnebus legit; & axe viucti orbes. ericij. 1 Seruiss  
lib. ix. Aeneid. In armorum, inquit, generibus milites su-  
munt ab animalibus nomina. Sallustius: in modum hirci mi-  
litaris. Ericium autem bellicam esse machinam, prater ceteros,  
sat uostendit Cesar lib. 111. de bello civili.

Octauium. ex Arusiano Messo, captius hoc.

Igitur discubuere. huc ex 111. historia esse docet Nonius  
in voce dominus, ubi postrema verba adducit sed apud eum non  
recede scriptum est: alteri scribam Mæcenas in imo inter Tar-  
quinium, & dominum Perpennam. quin & Seruiss lib. 1.  
Aeneid. corruptus est, cum apud eum legatur, Tuscus, pro Lu-  
cius; Tarquinium, pro Tarquium; Denatium Perpenna,  
pro dominum Perpennam. nam & in veteribus, iisque melio-  
ribus libris est lectio, quam exprimendam curauit: & Nonius  
per dominum conuinij exhibitem intellegit. quod ipse etiam Ser-  
uiss innuere videtur. dicit enim apud maiores locum medium  
semper fuisse domini. Lucij autem Hispaniensis in veteribus li-  
bris nulla, quod sciam mentio: in numismatibus plurima. exstat  
apud c. v. Larinis & Gracis litteris iuxta ac doctissimum La-  
tinum Torrentium, apud quem huiusmodi cimiliorum infinita  
copia est. exstat & apud Abramum Ortelium geographum  
exaltissimum, numisma argenteum cum hac inscriptione: L. Fab.  
Hispan. cuius utramque partem, historia illustrande, appa-  
simus.



& alioqui L. Fabium Hispanensem, in coniuratis fuisse  
constat.

Quarum. scorpio genus teli est, inquit Marcellus. vulgo;  
una epistola. male. in quibusdam etiam cit; scorpione: in aliis,  
scorpionem.

LVD.